BENEDICTUS PP. XIV

Universis Xpifidelibus pntes lras inspecturis salutem et Aplicam Ben. Ad augend. fidelium Religionem et animarum salutem coelestibus Eccla thesauris pia charitate intenti, omibus utriusque sexus Xpifidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacra Comne refectis qui Ecclam Parlem S. Crucis Oppidi Pelsza Cracovien. Dioeces. (non tamen Regularium) cui Eccla ejusque Caplis et Altaribus sive omibus sive singlis eamque seu eas vel ea aut illarum seu illorum singlas vel singla etiam visitand. nulla alia indulgea reperitur concessa Die festo Inventionis S. Crucis a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujoi singlis annis devote visitaverint et ibi pro Xpianorum Principum concordia haeresum extirpatione ac S. Matris Eccla exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgeam et remissionem misericorditer in Dno concedimus. Pntibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem ut si alias Xpifidelibus in quocumque alio anni die dictam Ecclam seu Caplam aut altare in ea sit. visitand. aliqua alia indulgea perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit vel si pro impetrone pntatione admissione seu publicone pntium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur pntes nullae sint. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII Septembris MDCCXLIX.

Pontif. Nri Anno Decimo

Gratis pro Deo et Scra

Pro Dno Cardinali Passioneo

Joannes Florius Substitutus

